

simis atque primis dat Christ<sup>o</sup>, vt videas nihil vllis hominibus aliter quàm ex sola Dei gratia obuenire.

*Censura,* Hæc annotatio pro secunda parte conspirat errori recentium hæreticorum, negantium merita operum.

*Dari æquam mercedem primis & nouissimis palàm est ex verbis Euangelistæ. Ratio quæritur. Aliã non inuenio, nisi quòd ex sola Dei gratia proueniat merces. Nam si operum meritis respondeat, necesse erit inæqualem reddi & diuersam. Quod prudenter expēdit Ambrosius, aut quisquis est scriptor libri de vocatione Gēt. Postremos, inquit, ad cōmendãdam gr̃ia excellentiam diuina indulgentia muneravit, non labori pretium soluens, sed diuitias bonitatis suæ in eos quos sine operibus eligit, effundens: vt etiam ij, qui in ~~nullo~~ labore sudarūt, nec amplius quàm nouissimi acceperūt, intelligãt donum se gratiæ, nõ operum accepisse mercedem.*

Matth. 20. b. 16.

Artic. 85.

*Annotatio,* Nouissimos sibi & aliis peccatores visos, fieri in Ecclesia primos, iustos, & electos Dei. Primos autẽ qui sibi

*multo*